



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DLXXVII. ad annum DXC.

Parisiis, 1644

XXXV. Vt clericus clericum ad iudicem saecularem non trahat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15221

fratribus, aut de duabus sororibus procreatur, in coniugium accipere: nec qui de ipsis nati fuerint, in coniugio sociantur.

XXXII.

Non licet ut nepos auunculi uxorem accipiat.

XXXIII.

Non licet presbytero, nec diacono, ad trepallium, ubi rei torquentur, stare.

XXXIV.

Non licet presbytero in iudicio illo stare, unde homo ad mortem tradatur.

XXXV.

Non licet presbytero, aut diacono, vel cuiquam clericorum, de qualibet causa conclericum suum ad iudicem sæcularem trahere.

XXXVI.

Non licet mulieri nuda manu eucharistiam accipere.

XXXVII.

Non licet mulieri manum suam ad pallam dominicam mittere.

XXXVIII.

Non licet cum excommunicato communicare, nec cum eo cibum sumere.

XXXIX.

Si quis presbyter, aut quilibet de clero, aut de populo, excommunicatum absque voluntate ipsius, qui eum excommunicavit, sciens receperit, aut cum illo panem manducauerit, vel colloquium habere decreuerit, simili sententiæ subiacet.